ubinam eſt Dominus DEUS Eliæ? heus ille; Deum enim ſolicitat hoc epiphonemate, ut ſeſe fortem promptumque præbeat ad vota exaudienda, voluntatemque ſervi ſui implendam, id enim proponitur, ſuper Jordane ſcindendo. conf. etiam Vulgatum & immortalis famæ Philologum in D. V. Ab altera parte ſtat, & τὸ אף הוא ad ſequentia refert R. D. K. B. B. f. 408. c. 3. l. 15. ſſ. אף הוא ויכה את המים: אף הוא נעשה לו נס והכה המים פעם שנית אחר שאמר איה יי' אלהי (אליהו (forte addendum ונחצו הנה והנה) וימ״א אף הוא על אליהו שבא כמו שהיה רוחני והכה את המים ויחצו ויעבור אלישע׳ *etiam hoc ei factum eſt prodigium, cum percuteret aquas ſecunda vice, poſtquam dixiſſet: ubi eſt DEUS Eliæ? ut dividerentur huc & illuc. Sunt tamen qui accipiunt illud* אף הוא *de Elia, quod venerit, poſtquam ſpiritualis factus eſſet, & percuſſerit aquas, ut ſinderentur, & tranſiret Eliſa.* Aliter denuo nonnulli ap. Abarb. l. c. l. 16. ויש מפרשי׳ אף הוא סמוך עם ויכה את המים רוצה לומר שאף הוא אליהו (forte legendum אלישע) הכה המים ויחצו כמו שעשאו רבו׳ *Sunt interpretes, qui* τὸ אף הוא *explicant tanquam cohærens cum* ויכה את המים *q.d. quod etiam ipſe Elia* (Eliſa potius) *percuſſerit aquas, ut dividerentur, quemadmodum fecerat magiſter ejus.* Allegoricam Judæorum in hæc verba explicationem, quam Raſchi, D. Kimchi atque Abarb. commemorant, omitto, ut & quæ R. Levi b. Gerſon commentatus eſt, mox §. 2. afferenda. Ex

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG